Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

igne nos examinasti sicut igne examinat argentum
induxisti nos in laqueum. posuisti tribulationes in
dorso nostro. Et ut ostendat sub priore nos esse de
bere. subsequitur dicens. Imposuisti homines super capi
ta nostra. Sed et preceptum domini in adversis. et injuriis
per patientiam adimplentes qui percussi in maxillam pre
bent et aliam. Auferenti tunicam dimittit et pallium
angariati milliario vadit et duo. cum paulo apostolo
falsos fratres. et persecutionem sustinent et maledicen
tes se benedicant. Quintus gradus humilitatis xvm.

Quintus gradus humilitatis est. si omnes cogita
tiones malas cordi suo advenientes vel ma
la a se abscondere commissa per humilem confessionem
abbati non celant. suo exortatur nos de hac re scrip
tura dicens. Revela domino viam tuam et spera in eo.
Et item dicit. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam i
sclm in saecula. Et item psalmo. Delictum meum cogni
tum tibi feci: et iniustitias meas non operui. et tu
remisisti impietatem cordis mei. Sextus gradus xvm.

Sextus gradus humilitatis est. si omni vilitate vel ex
tremitate contemptus sit monachus. et ad
omnia quae sibi imperantur velut malum operarius
se judicet indignum dicens sibi cum propheta. Ad nihi
lum redactus sum. et nescivi. ut jumentum factus sum
apud te. et ego semper tecum. Septimus gradus xvm.

Septimus gradus humilitatis est. si omnibus se
inferiorem et viliorem non solum sua lingua
pronuntiet: sed etiamsi cum cordis credat affectu.